

1013

P A T R I S T I C I.

1014

clarat sibi lu — — — neque, nisi festos continet. Nihil in *Augusto* praecipuos cuiusvis Mensis dies de *Machabaeis*, sed:

Augustus sextum octauis tenet idibus alium.

In *Septembri* melius noster: *Quis meruit nasci* (idibus) quam *Achearius*: *Qua meruit* &c. In *Novembri* melius: *laude decorus*, quam: *laude decoris*. Univerfim in XXIII. quos *Codex* exhibet, *versibus* praeter *Servatorem* ejusque matrem non nisi *Petrus et Paulus, Xystus, Laurentius, Bartholomaeus, Johannes Bapt. Michael, Simon et Judas, Omnes SS. Martinus, Andreas, Thomas, Stephanus, Johannes Apost. Innocentes et Silvester* memorantur. Unde suspicari quis posset, *Martyrologium* istud *Beda* antiquius cum ab ipso, tum ab aliis successu temporis auctum fuisse.

A *versibus* his statim incipiunt *superstitiosae* quaedam *adjurandi Formulae*, v. g. *Ad Vermes occidendos, Contra Sagittam Diaboli, Ad Pullos de nido* &c. quibus quaedam etiam *Francotbeotisca* immixta sunt multum jam adtrita et fugientia. Inter alia *Apibus* sic praecipitur: *Vos estis ancillae domini. Vos faciat opera domini. Adiuro vos per nomen domini ne fugiat a filiis hominum.*

CCLXXVIII. VII. H. 21

699 Codex chartaceus lat. Sec. XV. Folior. 134. 4. a diversis

*Ciues celestis Patrie
Regi regum concinite*

Librariis exaratus, et olim Monasterij sancti Matbie apostoli extra muros treuerenses *Sequentia* nunc continet: I. *Fl. Alcuini Libros III. de Trinitate*, et, ut addit Noster, *de Incarnatione Christi*, praevia ad *Carolum M. Epistola*, prout extant edit. *Ratisb. 1777. T. I. Vol. II. p. 703.* Ad quam *Editio* nem tamen non videtur adhibitus *Codex* praefens, qui in praemissi *Hexastichi v. 4. ornet pro salvet*, et *C. I. pro pervenire volentibus legit festinare volentibus* &c. Ad calcem omissa *Invocatione Trinitatis* statim *Sequitur Credo.*

II. *fol. 33. p. 2. Incipit epistola domini Alcuini ad fredegisum suum discipulum.* Hujus initio absque dubio cum *Nostro legendum*: *quibus fortasse ab aliis vestre aures sapientie inquietari putamus.* *Sequuntur Quaestiones XXVIII. de Trinitate*, ut in *Edit. supracit. p. 739.*

III. *fol. 36. p. 2. adscriptus est Hymnus*, quo *mysticus XII. Gemmarum Apoclypticarum Significatus* exponitur. *Ejus initium*:

*Qui est supremus opifex
Civitate uranice.*

1015

C O D I C E S

1016

*In cuius edificio
Talis extat fundacio.
Iaspis colore viridi
Vigorem prefert fidei*

Festo OO. SS. aut Dedicacionis Ecclesiae alicubi olim adcommo- datum fuisse putem. In *G. Cas- sandri* Collezione non compa- ret; editus vero est inter Carmi- na *Marbodi* Ep. *Redon.* cum *Hil- deberto Cenom.* *Paris.* 1708. p. 1679. f.

IV. fol. 38. absque Titulo Declaratio quorundam Christia- nae Fidei Caputum contra *Sara- cenos, Graecos et Armenos*, quae incipit: *Beatus Petrus apostolus Qui promissionem accepit a domino ut super eius confessionem funda- retur ecclesia &c.* Est *Thomae Aquinat.* et *Tertium* Opusculo- rum edit. *Rom.* 1570. T. XVII. fol. 48. p. 2.

V. fol. 53. Epistola *Aen. Sil- vii* ad *Petrum* quendam, quem *Noxetanum* habeo, ad quem etiam VII. Epistolas Eiusdem in *Bibl. Riccardiana* extare testatur *Catalogi* ejus Editor *Job. Lamius* p. 8. data ex *Basilea XII. kal. iunij M^o CCCC^o XXXVII^o.* et e *Cod. Caes.* vulgata a *J. Dom. Mansio* T. VI. *Supplem. Concill.* p. 598. Eius initium: *Eneas sil- vius Petro suo salutem. Credo me non solum heri mei reuerendissi- mi &c.*

VI. fol. 64. Incipit tractatus *Bonaventure de corpore christi et de preparatione ad eius deuotam susceptionem Ritamque celebratio-*

*Que in perfectis omnibus
Nunquam marcescit penitus.
Cuius forti presidio
Resistitur dyabolo. &c.*

nem misterij misse. Adi *Cod. DCXLVI.*

VII. fol. 74. *Hermanni de Schildis* O. Erem. S. Aug. *West- phali* Libellus de Administratione Sacramentorum Baptismi, Eu- charistiae et Poenitentiae inscrip- tus *Speculum Sacerdotum* et dica- tus: *Uenerabili in christo ac domi- no gracioso Gotfrido dei gracia ec- clesie Osnaburgen. episcopo &c.* Unde liquet compositum fuisse intra annos 1323. et 1349. quo *Godefridus* hic *Bremensibus* da- tus est Archiepiscopus. Editus est *Sec. XV. f. l. et a. 4.* item *Venet.* 1480. De Autore agit *Ossingerus* in *Bibl. Ord.* post *Tri- themium, Fabricium &c.* Vide et *Indicem.*

VIII. fol. 85. Incipit *Tracta- tus de proprietarijs Religiosis Edi- tus per Magistrum Hainricum de bassia doctorem Sacre Theologie eximium In Vienna regentem.* Initium: *Pro salute eorum qui vi- cia fugere cupiunt, cum ad ueri- tatis viam fuerint reformati &c.* Indicatus *Codd.* variis, ut in *Indice* notantur. Exemplo praesen- ti subiectus est Annus 1419. et *iobannes Kussinger.*

IX. fol. 98. Hic introducuntur persone duorum videlicet deslentis hominis et ammonentis Racionis. Incipit Homo: *Anima mea in angustis est. Cor meum fluctuat &c.*

Excerpta

1017

P A T R I S T I C I

1018

Excerpta sunt ex *Isidori Hispal. Synonymis* indicatis *Codd. CCLXXI.* et aliis.

X. fol. 106. *Sermo de nouo Sacerdote*, *Collectanea* praecipue e *Nicolao de Dünkelspühl*, et *Boethio*. Item *Sylloge Sententiarum* *Moralium*.

CCLXXIX.

³²⁴ Codex membraneus lat. Sec. XI. Folior. 9. f. utpote initio et fine multatus, per duas columnas commode exaratus continet I. *Fl. Albini* seu *Alcuini Angli* *literarum* cum aliis in *Gallia* auspice *Carolo M.* restauratoris *Librum de Vitiis et Virtutibus ad Widonem Comitem*, et quidem ab iis C. XXIII. de *Superbia* verbis: *superbire cupit. Omnis quoque peccati initium superbia est* &c. Collatus cum *Celf. Frobenii* edit. *Ratisp.* T. II. a p. 140. non habet ea, quae e variis *Codd. mss.* deprompta ibi uncinis inclusa leguntur; neque ea, quae sub finem post verba: *perpetua coronabitur gloria*, ex *Canisii Lect. antiq.* T. VI. editioni *Paris.* 1617. ab *Andr. Quercetano* adiecta sunt, sed horum loco laciniam quandam non bene cohaerentem, quae incipit: *Lapis etenim quadratus eque stat. quocunque uersus fuerit* &c. quaeque in eam sententiam inclinare posset, qua quibusdam visum est, *Alcuinum* duos libellos separatos, unum de *Vitiis*, alterum de *Virtutibus* dictasse, prout etiam *Codex Vatic.* exhibet, Laciniamque nostram

Praefationis instar *Secundo* praefixam fuisse, nisi aliter quatuor Virtutes suas in Opusculo ipso *Alcuinus* enumeraret, aliter in nostra lacinia enumerarentur. Ibi sic: *Prudentia, Iustitia, Fortitudo, Temperantia*; Hic vero: *Prudentia, Fortitudo, Continentia, Iustitia*. Laciniam itaque hanc ab alio quopiam adfutam arbitrer, licet ad calcem ejus legitur: *Explicit liber alcuini de vitiis et uirtutibus.*

II. fol. 3. p. 2. sequitur *Collectio* quaedam inscripta minio: *Incipit de Canonibus*. Similis est antiquis illis *Admonitionibus Synodalibus*, quales habes ante *Burchardi Decreta*, et in *Append. Actorum Vet.* ad *Reginonem* edit. *Baluz.* a p. 602. Sed ex abrupto incipere videtur, et sat mendose scripta est. Initium: *Vt res aecclesiae. nullus accipiat nisi sacerdos. neque nullam rem de terra sanctuaria et de euangelio. Qui fidem suam mentitur. excommunicetur usque quo peniteat. Qui coniugem dimiserit. similiter* &c. *Decretis* ejusmodi per unam et mediam *col.* nullo materiae nexu continuatis succedit *Rubrica*: *Sermo in Synodo faciendus*. Nequaquam tamen *Sermo* sequitur, sed eodem, ut ante, tenore *Decreta* procurrunt. Ita scilicet: *Predicandum est Sacerdotibus ut aecclesias suas semper nitidas custodiant et mundas. nullumque animal in ea intrare ullo modo permittant. Nichilque aliud in ecclesia fiat. nisi oratio et officium diuinum. Placitum ullum seculare non*